



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 36. Hujus caussæ exitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1737.

§. XXXVI.

*Hujus causæ exitus.*

Interim lentiore admodum pede contra Wertheimensem Versorem incedebant Bambergæ instructa iudicii acti motis subinde variis controversiis; quippe deputati Franconici Circuli Principes anno hujus sæculi trigesimo octavo die vigesima quinta Februarii a Cæsare prius decidi petebant I. ad quem locum Auctor captus deducendus esset II. & a quo ac unde expensæ tam hucusque in inquisitionem quam in rei sustentationem factæ ac impostero facienda sint repetendæ? Ad has igitur quaestiones Carolus Imperator die decima quarta Martij rescribi iussit, reum in arce Bambergensi captum esse asservandum; hac enim ratione singularibus tam custodiæ quam alimentationis sumptibus non modo parci, sed & commodius iudicii acta in eum instrui posse: de cetero Cæsarem esse probe instructum, quod reus vel nullas vel saltem tenues admodum facultates habeat, proin Cæsaream suam Majestatem sibi de horum Principum honestate, & æquitatis amore tantum polliceri, ut eos hoc negotium gratis in se suscepturos, minime dubitaret. Aff hoc

hoc Cæsaris decretum executioni ca-  
ruit, ipsaque iudicii perendinatio Ver-  
fori reo salutis fuit; priusquam enim a  
Deputatis Principibus quicquam decer-  
neretur, ipse Wertheimio, ope suorum  
Amicorum, e custodia elapsus est, ac  
paulo post Wertheimium denuo rever-  
sus, circa Paschalia festa rursus clam  
aufugit, (ut creditum est) in Hollan-  
diam, ubi secunda suæ versionis pars  
typis impressa prodiit.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1737.

§. XXXVII.

*Ridicula Comitis de Zinzendorff in  
Episcopum consecratio.*

Affiduas, quibus Protestantes inter se  
a primo sectæ exordio sæde scinde-  
bantur, dissensiones haud parum au-  
gebat Herrenhutensis factio, quæ ex  
omni sectarum colluvie coalescens in  
sinum suum recepit Bohemos, Mora-  
vos, Silesios, aliosque, qui a vera fi-  
de devii, ex Hussi, Lutheri, Calvini,  
Schwenkeldii aliorumque Novatorum  
erroribus novum sectæ monstrum pro-  
germinarunt. Quapropter partim ex  
sua patria ejecti, partim ex carceribus  
aut dimissi aut fuga elapsi primo Bert-  
holsdorffium circa annum hujus sæculi  
trigesimum secundum contenderunt,  
a Ni-